Ita ex domo Dei gratiæ, in domum gloriæ cum omnibus fidelibus transferemur, æternùm ibi manſuri municipes cœli, domeſtici Dei & concives Sanctorum.

Quod faxit clementer Deus triunus!

DOMINICA XX.

Ex Quæſt. 50. & 51.

CHRISTIANI IN SESSIONE Chriſti à dextris & cœlum & regnum Dei uſurpant.

TEXTUS Eph. 1, 20. ad fin. uſque.

Verſ. 20. *Quod excruit in Chriſto quum ſuſcitavit eum ex mortuis, & collocavit ad dextram ſuam in cœlis.*

v. 21. *Longè ſupra omne imperium ac poteſtatem, & potentiam, & dominationem & omne nomen quod nominatur non ſolum in hoc ſeculo, verum etiam in futuro.*

v. 22. *Et omnia ſubjecit ejus pedibus, eumq́ conſtituit caput ſuper omnia* ipſi *Eccleſiæ.*

v. 23. *Quæ eſt corpus ipſius & complementum ejus qui omnia implet in omnibus.*

QUÆST.